Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

corpus sunt. Ita et cristus. Et enim
in uno spiritu omnes nos baptizati
sumus. sive iudei. sive gentiles. sive
serui uel liberi. et omnes uno spiritu
potati sumus. Nam et corpus non
est unum membrum sed multa. Si
dicerit pes. quoniam non sum manus
non sum de corpore non ideo non est de cor
pore. Et si dicerit aures. quia non sum
oculus. non sum de corpore non ideo non
est de corpore. Si totum corpus ocu
lus. ubi est auditus. Et si totum au
ditus. ubi odoratus. Nunc autem posu
it deus membra unusquodque eorum sicut
uoluit in corpore. Quod si essent omnia
unum membrum. ubi corpus. Nunc
autem multa quidem membra unum autem
corpus. Non potest autem dicere oculus
manui opibus tuis non indigeo. aut
rursum caput pedibus non estis mihi
necessarii. Sed multo magis que vi
dentur membra corporis infirmiora
ee necessaria sunt. et que putamus
ignobiliora membra esse corpis his
habundantiorem honorem circumda
et que inhonesta sunt nostra membra
habundantiorem honestatem habent
Honesta autem nostra indigent. Sed
deus temperauit corpus ei cui deerat.
habundantiorem tribuendo honorem
ut non sit scisma in corpore. sed in id
ipsum pro inuicem solicita sint me
bra. Et si quid patitur unum membrum
compatiuntur omnia membra. sive et
gloriatur unum membrum. consaudet
omnia membra. Vos autem estis corpus
cristi et membra de membro. Et quos
dam quidem posuit deus in ecclesia
primum apostolos. secundo prophetas
tertio doctores. deinde uirtutes. eorum
gratias curationum opitulationes.
et gubernationes. genera linguarum
interpretationes sermonum. Numquid
omnes apli. Numquid omnes pro
phete. Numquid omnes doctores.
Numquid omnes uirtutes. Numquid
omnes gratiam habent curationum.
Numquid omnes linguis loquuntur
Numquid omnes interpretant. Emu
lamini autem carismata meliora. Ad
huc excellentiorem uiam uobis de

XIII

monstro.
Si linguis hominum loquar
et angelorum. caritatem autem
non habuero factus sum uelut es
sonans aut cymbalum tinniens.
Et si habuero prophetiam omnem
et nouerim mysteria omnia. om
nem scientiam. et si habuero omnem
fidem. ita ut montes transferam.
caritatem autem non habuero nihil sum. Et
si distribuero in cibos pauperum
omnes facultates meas. et si tradi
dero corpus meum ita ut ardeam
caritatem autem non habuero nihil mi
hi prodest. Caritas patiens est.
benigna est. Caritas non emulat.
non agit perperam. non inflatur. non
est ambiciosa. non querit que sua
sunt. non irritatur. non cogitat mal.
non gaudet super iniquitate. con gaudet
autem ueritati. omnia suffert. omnia
credit. omnia sperat. omnia sustinet.
Caritas nunquam excidit. Sive pro
phetie euacuabuntur. sive lingue
cessabunt. sive scientia destruetur